CIMELIA
Qu 5103
katkomp.

Ze zbioru T. Zebrawskiego.
401.

Cim. Gen. 5103

Bibl. Jag.

DE LATERIBVS ET ANGVLIS TRIangulorum, tum planorum rectilineorum, tum Sphæricorum, libellus eruditissimus & utilissimus, cum ad plerasque Ptolemæi demonstrationes intelligendas, tum uero ad alia multa, scriptus à Clarissimo & doctissimo uiro D. Nicolao Copernico Toronensi.

Additus est Canon semissium subtensarum rectarum linearum in Circulo.

Excusum Vittembergæ per Iohannem Lufft.
Anno M. D. XLII.

Has artes teneris annis ſtudioſa Iuuentus
Diſcito, Menſuras quæ numeroſq; docent.
Premia nanque feres ſuſcepti magna laboris,
Ad cœlum monſtrant hæc tibi ſcripta uiam.
Qua patet immenſis ſpaciȷs pulcherrimus orbis,
Si metas horum cernere mente uoles.
Sidera uel quanam cœli regione uagentur,
AEterni curſus quas habeantq; uices.
Cur Luna inuoluat cæca caligine fratrem,
Cur Lunæ uſuram lucis & ille neget
Venturos etiam caſus quæ fata gubernent
Quas populis clades aſtra inimica ferant
Hęc ſi noſſe uoles, prius eſt doctrina tenenda,
Quam breuirer tradunt hæc elementa tibi.
Cunq; hominũ mentes, quæ cœlo ſemina ducunt,
Errent a patria ſede domoq; procul,
Hæc doctrina ipſas terrena mole ſolutas
Cœleſti reduces rurſus in arce locat.

Bibl. Jag.

DOCTRINA ET VIRTVTE PRAESTANTI

Georgio Hartmano Noribergensi, Ioachimus Rheticus S. D.

CVM rerum humanarum inconstantiam, uarios casus summorum uirorum, regnorum mutationes considero, cum in cæteris rebus imbecillitatem humani generis deploro, tum uero maxime doleo etiam in artes diuinitus humano generi traditas fata temporum seuire. Olim studia frequentissima Mathematum fuerunt, tota ars ex fundamentis mira solertia, Deo monstrante initia & regente artificum mentes, extructa est, magna lux, magnus honos huius doctrinæ fuit, Postea multis seculis iacuit obruta tenebris, fortasse eó quód in hac ultima mundi senecta orbis terrarum Barbarorum imperijs fato quodam oppressus est. Sed quia artes uitæ utiles, præcipua Dei dona sunt, res ipsa ostendit, non humana ope, sed quodam singulari Dei beneficio, utcunq; eas conseruari, & interdum rursus ceu flammam excitari, ne funditus intereant. Sed etiam cum restitutę sunt, prorsus accidit hominibus, quod aiunt Pythagoram dixisse de cœlestium motuum harmonia, qua ille quidem dixit effici dulcissimos sonos, sed non audiri eos, quia iam propter consuetudinem negligantur, ita surdi homines nec audiunt, nec tueri student artes diuinitus nobis redditas. Et ut cętera præsentia bona fastidimus, ita & hanc doctrinam, cum fruimur quotidianis beneficijs, leuiorem ducimus. Si deesset annorum enumeratio in historijs, in relligionibus, in foro, qnantæ essent in uita tenebræ. Si numerorum doctrinam non haberemus, infinita esset legitimorum cõtractuum

ctuum conturbatio. Architectonica tota ex Geometria orta est, & sunt aliæ utilitates multæ in metiendis corporibus. Hæc beneficia cum sint in manibus fontes tum negliguntur, tum uero a multis superbe contemnuntur. Itaque magna gratia debetur bonis uiris, qui in tanto doctrinæ contemptu, sponte laborem suscipiunt & sumptus faciunt, in his diuinis artibus excolendis & utilitatis publicæ causa conseruandis. Cum autem nobis monumenta utilia istic tum edantur, tum adornentur, duxi hoc te munere uicissim ornandum esse, quod non dubito tibi gratissimum fore. Scis doctrinam Triangulorum maximos usus habere, cum in alijs geometricis materijs, tum uero præcipue in Astronomia, ideoq; sæpe in eam Ptolemæus incurrit. Quare & hi qui Ptolemæum explicare conati sunt, multa de Triangulis commentati sunt. Et optarim extare ueteres Menelaum & Theodosium. Nunc recens prodijt lucubratio Regiomontani, sed multo ante quam hanc uidere potuit uir Clarissimus & doctissimus D. Nicolaus Copernicus, dum & in Ptolemæo illustrando, & in doctrina motuum traden da elaborat, de Triangulis eruditissime scripsit. Scio tibi admirationi fore hoc scriptum, cum uidebis, quantas res, quàm artificiose complexus sit. Vt autem hoc tempore ederem, eó accidit, quia in enarratione Ptolemæi nobis opus fuit Triangulorum doctrina, tibiq; eó dedicaui, ut te prouocarem ad edenda, siqua in hoc genere habes, seu uetera, seu recentia. Huc accedit, quod audio amicitiam tibi Romæ fuisse cum autoris fratre. Sed tibi uiro doctissimo non minor est causa quam hæc ad amandum autorem, acerimum ipsius ingenium, & cum in cæteris artibus, tum maxime in doctrina cœlesti eruditio tanta ut ueteribus summis artificibus conferri possit. Ac gratulari huic ætati debemus, tantum artificem reliquum esse, qui studia aliquorum accendat & adiuuet. Mihi quidem iudico rem nullam humanam contigisse meliorem, quam talis uiri & doctoris consuetudinem. Ac si quid unquam mea opera

in

in hoc genere Reipublicæ profutura est, ad cuius utilitatem studia nostra referenda sunt, huic doctori acceptum referri uolo. Itaq; cum hanc lucubrationem & ingeniosissime scriptum esse sciam, & ego eam propter autoris memoriam magnifaciam, uelim te hoc munere magnopere delectari.

Bene vale.

DE LATERIBVS
ET ANGVLIS TRIANGV
lorum planorum rectilineorum.

I.

TRIANGVLI datorum angulorum dantur latera. Sit, inq̃, triangulum a b c, cui per quintum problema quarti Euclidis circumscribatur Circulus. Erunt igitur & a b, b c, c a circunferentiæ datæ, eo modo, quo cccIx. partes sunt duobus rectis æquales. Datis autem circumferentijs dantur etiam latera trianguli inscripti circulo tanquam subtensæ, per expositum Canonem, in partibus, quibus dimetiens assumpta est 2000000.



II.

Si uero cum aliquo angulorum duo trianguli latera fuerint data, & reliquum latus cum reliquis angulis cognoscetur. Autenim latera data æqualia sunt aut inæqualia, Sed angulus datus aut rectus est, aut acutus, uel obtusus. Ac rursus latera data datum angulum uel comprehendunt, uel non comprehendunt. Sint ergo primum in triangulo a b c duo latera a b & a c data æqualia, quæ angulum a datum comprehendunt. Cæteri igitur, qui ad basim b c cum sint æquales, etiam dantur, uti dimidia residui ipsius a, è duobus rectis. Et si qui circa basim angulus primitus fuerit datus, datur mox ipsi compar, atque ex his duorum rectorum reliquus. Sed datorum angulorum trianguli dantur latera, datur & ipsa b c basis, ex Canone in partibus quibus a b uel a c tanquam ex centro fuerit 100000. partium siue demetiens 200000. partium.



III.

Quod si angulus, qui sub b a c rectus fuerit datis cõprehensus laterib⁹, idem eueniet. Quoniam liquidissimũ est, ꝙ quę ex a b & a c fiunt quadrata, æqualia sunt ei, quod a basi b c, datur ergo longitudine b c, & ipsa latera inuicem ratione

tione. Sed segmentũ circuli quod orthogonũ suscipit triangulum, semicirculus est, cuius b c basis dimetiens fuerit. Quibus igitur b c partibus fuerit 2000000. dabuntur a b & a c, tanquam subtendentes reliquos angulos b c. Quos idcirco ratio Canonis patefaciet in partibus, quibus ccclx sunt duobus rectis æquales. Idem eueniet, si b c fuerit datum cum altero rectum angulum comprehendentium, quod iam liquide constare arbitror.

IIII.



Sit iam datus, qui sub a b c angulus acutus, datis etiam comprehensus lateribus a b & b c, & ex a signo descendat perpendicularis ad b c productam si oportuerit, prout intra uel extra triangulum cadat, quæ sit a d, per quam discernuntur duo orthogonij a b d & a d c, & qm̃ in a b d dantur anguli, nam d rectus & b per hypothesim. Dantur ergo a d & b d tanquam subtendentes angulos a & b in partibus, quibus a b est 2000000. dimetiens circuli per canonem. Et eadem ratione qua a b dabatur longitudine, dantur a d & b d similiter, datur etiam c d, qua b c & b d se inuicem excedunt. Igitur & in triangulo rectangulo a d c datis lateribus a d & c d, datur latus quæsitum a c & angulus a c d per præcedentem demonstrationem.

V.



Nec aliter eueniet, si b angulus fuerit obtusus, quoniam ex a signo in b c extensam rectam lineam perpendicularis acta a d, efficit triangulum a b d datorum angulorum. Nam a b d angulus exterior ipsi a b c datur, & d rectus, dantur ergo b d & a d in partibus, quibus a b fuerit 2000000. Et quoniam b a & b c rationem habent inuicem datam, datur ergo & a b earundem partium, quibus b d ac tota c b d. Idcirco & in triangulo rectangulo a d c, cum data sint duo latera a d & c d, datur etiam a c quæsitum, & angulus b a c cum reliquo a c b, qui quærebatur.

VI.

Sit iam alterutrum datorum laterum subtendens angu-

lum

lum b datum, quod sit a c cum a b, datur ergo per Canonem a c in partibus, quibus est dimetiens circuli circumscribentis triangulum a b c partium 2000000. & pro ratione data ipsius a c, ad a b, datur in similibus partibus a b, atque per canonem, qui sub a c b angulus cum reliquo b a c angulo, per quem etiam c b subtensa datur, qua ratione data, dantur quomodolibet magnitudine.

VII.

Datis omnibus trianguli lateribus dantur anguli. De Isopleuro notius est, quam ut indicetur, quod singuli eius anguli trientem obtineant duorum rectorum. In Isoscelibus quoq; perspicuum est. Nam æqualia latera ad tertium sunt, sicut dimidia diametri ad subtendentem circumferentiam, per quam datur angulus æqualibus comprehensus lateribus ex Canone, quibus circa centrum cccIx sunt quatuor rectis æquales, deinde cæteri anguli qui ad basim etiam dantur è duobus rectis tanquam dimidia. Superest ergo nunc & in scalenis triangulis id demonstrari, quos similiter in orthogonios partiemur. Sit ergo triangulum scalenum datorum laterum a b c, & ad latus, quod longissimum fuerit, utputa b c, descendat perpendicularis a d. Admonet aũt nos xiij. secundi Euclidisq; a b latus quod acutum subtendit angulum minus sit potestate cæteris duobus lateribus, in eo quod fit sub b c & c d bis. Nam acutum angulum c esse oportet, euenit alioqui & a b longissimum esse latus contra hypothesim, quod ex xvij. primi Euclidis & duabus sequentibus licet animaduertere. Dantur ergo b d & d c, & erunt orthogonia a b d & a d c datorum laterum & angulorum, ut iam sæpius est repetitum, quibus etiam constant anguli trianguli a b c quæsiti.



Aliter. Itidem commodius forsitan penultima tertij Euclidis nobis exhibebit, si per breuius latus, quod sit b c facto c centro, interuallo autem b c, descripserimus circulum, qui ambo latera quæ supersunt, uel alterum eorum secabit. Secet modo utrumq; a b in e signo & a c



in d porrecta etiam linea a d c in f signum ad complendum diametrum d c f. His ita præstructis manifestum est ex illo Euclideo præcepto. Quoniam quod sub f a d æquale est ei, quod sub b a e, cum sit utrunq; æquale quadrato lineæ quæ ex a circulum contingit. Sed tota a f data est, cum sint omnia ipsius segmenta data, nempe c f, c d, æqualia ipsi b c, quæ sunt ex centro ad circumcurrentem, & a d qua c a ipsam c d excedit. Quapropter & quod sub b a e datum est, & ipsa a e longitudine cum reliqua b e subtendente circumferentiam b e, Connexa e c, habebimus triangulum b c e Isosceles datorum laterum. Datur ergo angulus e b c. Hinc & in triangulo a b c reliqui anguli c & a per præcedentia cognoscentur. Non secet autem circulus ipsam a b, ut in sequenti figura, ubi a b in conuexam circumferentiam cadit, erit nihilominus b e data, & in triangulo b c e Isosceles angulus c b e datus, & exterior, qui sub a b c. ac eodem prorsus argumento demonstrationis quo prius dantur anguli reliqui.



Et hæc de triangulis rectilineis dicta sufficiant, in quibus magna pars Geodesiæ consistit. Nunc ad Sphærica conuertamur.

DE

DE TRIANGVLIS SPHAERICIS.

TRIangulum conuexum hoc loco accipimus eum, qui tribus maximorum circulorum circumferentijs in superficie Sphærica cõtinetur. Angulorum uero differentiam & magnitudinem penes circumferentiam maximi circuli, qui in puncto sectionis tanq̃ polo describitur, quamque circumferentiam circulorum quadrantes angulum comprehendentes interceperunt. Nam qualis est circumferentia sic intercepta ad totam circumcurrentem, talis est angulus sectionis ad quatuor rectos, quos diximus cccIx. partes æquales continere. I.

Si fuerint tres circumferentiæ maximorum circulorum sphæræ, quarum duæ quælibet simul iunctę, tertia fuerint longiores, ex his triangulum componi posse sphæricum perspicuum est. Nam quod hic de circumferentijs proponitur, xxiij. vndecimi libri Euclidis demonstrat de angulis, cum sit eadem ratio angulorum & circumferentiarum, & circuli maximi sunt qui per centrum sphæræ, patet, ꝙ tres illi circulorũ sectores, quorũ sunt circumferentiæ, apud centrum sphærę angulum constituunt solidum. Manifestum est ergo quod proponitur.

II.

Quamlibet circumferentiam trianguli hemicyclio minorem esse oportet. Hemicyclium enim nullum angulum circa centrum efficit, sed in lineam rectam procumbit. At reliqui duo anguli, quorum sunt circumferentiæ, solidum in centro concludere nequeunt. Proinde neque triangulum sphæricum. Et hanc fuisse causam arbitror, cur Ptolemęus in huiusce generis triangulorum explanatione, præsertim circa figuram sectoris sphærici protestetur, ne assumptæ circumferentię semicirculo maiores existant. III.

IN Triangulis Sphæricis rectum habentibus angulum, subtendens duplum lateris, quod recto opponitur

angulo, ad ſubtenſam duplo alterius rectum angulum cõprehendentium, eſt, ſicut dimetiens Sphærę ad eam, quæ duplum anguli ſub reliquo & primo lateribus comprehenſi in maximo Sphæræ circulo ſubtendit.

Eſto nanque triangulum Sphęricum a b c, cuius c angulus rectus exiſtat. Dico quod ſubtenſa dupli a b ad ſubtenſam dupli b c eſt ſicut dimetiens Sphæræ, ad eam quæ in maximo circulo duplum anguli b a c ſubtendit. Facto in a polo, deſcribatur circumferentia maximi circuli d e, & compleantur quadrantes circulorum a b d & a c e. Et ex centro Sphæræ f agantur comunes circulorum ſectiones f a ipſorum a b d & a c e, ipſorum autem a c e & d e ſit f e, atque f d ipſorum a b d & d e. Inſuper & f c circulorum a c & b c. Deinde ad angulos rectos agantur b g ipſi f a, b i ipſi f c, & d k ipſi f e, & connectatur g i.



Quoniam igitur ſi circulus circulum per polos ſecat, ad angulos rectos ipſum ſecat, erit angulus qui ſub a e d comprehenditur rectus, & a c b per hypotheſim, & utrumq; planum e d f, & b c f rectum ad ipſum a e f. Quapropter ſi ex ſigno ipſi f k e communi ſegmento ad rectos angulos in ſubiecto plano recta linea excitaretur, comprehendet quoq; cum k d angulum rectum, per rectorum ad inuicem planorum definitionem. Quapropter etiam ipſa k d per iiij. vndecimi Euclidis ad a e f recta eſt. Ac eadem ratione b i ad idem planum erigitur, & idcirco adinuicem ſunt d k & b i per vi. eiuſdem. Verum etiam g b, ad f d, eo q; f g b, & g f d anguli ſunt recti, erit per x. undecimi Euclidis, angulus f d K ipſi g b i æqualis. At qui ſub f k d rectus eſt, & g i b per definitionem erectæ lineæ. Similium igitur triangulorum proportionalia ſunt latera, & ut d f ad b g, ſic d k ad b i. At b i eſt dimidia ſubtendentis duplum c b circumferentiam, quoniam ad angulum rectum eſt, ad eam, quæ ex centro f, & eadem ratione b g

dimidia

dimidia ſubtendentis duplum latus b a, & d k ſemiſsis ſubtendentis duplam d e, ſiue angulum dupli a, atque d f dimidia diametri ſphæræ. Patet igitur quod ſubtenſa dupli ipſius a b, ad ſubtenſam dupli b c, eſt ſicut dimetiens ad eam quæ duplum anguli a ſiue interceptę circumferentię d e ſubtendit, quod demonſtraſſe fuerit opportunum.

IIII.

In quocunque triangulo rectum angulum habente, alius inſuper angulus fuerit datus, cum quolibet latere, reliquus etiam angulus cum reliquis lateribus dabitur. Sit enim triangulum a b c habens angulum a rectum, & cum ipſo etiam alterutrum utputa b datum. De latere uero dato trifariam ponimus diuiſionem, aut enim fuerit, qui datis adiacet angulis, ut a b, aut recto tantum, ut a c, aut qui opponitur recto, ut b c. Sit ergo primum a b latus datum, & facto in c polo deſcribatur circumferentia maximi circuli d e, & completis quadrantibus c a d & c b e, producantur a b & d e donec ſe inuicem ſecent in f ſigno. Erit ergo uiciſsim in f polus ipſius c a d, eo cp circa a & d ſunt anguli recti. Et quoniam ſi in ſphæra maximi orbes ad rectos ſeſe inuicem ſecuerint angulos, bifariam & per polos ſe iuuicem ſecant. Sunt ergo & a b f & d e f quadrantes circulorum, cumcp data ſit a b, datur & reliqua quadrantis b f, & angulus e b f ad uerticem ipſi a b c dato æqualis. Sed per præcedentem demonſtrationem ſubtenſa dupli b f ad ſubtendentem dupli e f, eſt ſicut dimetiens ſphæræ ad ſubtendentem duplum anguli e b f. Sed tres earum datæ ſunt, dimetiens ſphæræ, duplę b f, atcp anguli dupli e b f, ſiue ſemiſſes ipſorum. Datur ergo per xvi. ſexti Euclidis etiam dimidia ſubtendentis duplam e f per canonem ipſa e f circumferentia, & reliqua quadrantis d e, ſiue angulus c quæſitus. Eodem modo ac uiciſsim ſunt ſubtenſæ duplicium d e ad a b, & e b c ad c b. Sed tres iam datæ ſunt d e, a b, & e b c quadrantes circuli, datur ergo & quarta ſubtendens duplum c b, & ipſum latus c b quæſitum. Et quoniam ſubtenſæ duplicium ſunt ipſo-



 rum

rum c b ad c a, & b f ad e f. Quoniam utrorũ q; sunt rationes sicuti dimetientis sphæræ ad subtensam duplo c b a angulo, & quæ vni eædem sunt rationes, sibi inuicem sunt eædem. Tribus iam igitur datis b f e f & c b datur quarta c a, & ipsum c a tertium latus trianguli a b c. Sit iam a c latus assumptum in datis, propositumq; sit inuenire a b & b c latera, cum reliquo angulo c, habebit rursum permutatim subtensa dupli c a ad subtensam dupli c b eandem rationem, quam subtendens duplum a b c angulum ad dimetientem, quibus c b latus datur & reliqua a d & b e ex quadrantibus circulorum. Ita rursus habebimus ut subtensam dupli a d ad subtensam dupli b e, sic subtensam dupli a b f, & est dimetiens, ad subtensam dupli b f. Datur ergo b f circumferentia, quodq; supereſt a b latus. Simili ratione ut in præcedentibus ex subtendentibus dupla b c, a b & f b e, datur subtensa dupli d e, siue angulus c reliquus. Porro si b c fuerit in assumpto, dabitur rursus ut antea a c & reliquæ a d & b e, quibus per subtensas rectas lineas, & diametro, ut sæpe dictum, datur b f circumferentia & reliquũ a b latus, ac subinde iuxta p̃cedens Theorema, per b c, a b, & c b e datas proditur e d circumferentia, angulus videlicet c reliquus, quem quærebamus. Sicq; rursus in triangulo a b c duobus angulis a & b, datis, quorum a rectus existit cum aliquo trium laterum datus est angulus tertius cum reliquis duobus lateribus, quod erat demonstrandum.

V.

Trianguli datorum ãngulorũ, quorum aliquis rectus fuerit, dantur latera. Manente adhuc præcedente figura, vbi propter angulum e datum, datur d e circumferentia, & reliqua e f ex quadrante circuli. Et quoniam b e f est angulus rectus, eo quod b e descendit à polo ipsius d e f, & qui sub e b f angulus, est ad uerticem dato. Triangulum igitur b e f rectum angulũ e habens, & insuper b datum cum latere e f, datorũ est angulorum & laterum per Theorema præcedens, datur ergo b f, & reliqua ex quadrante a b, ac itidem in triangulo a b c reliqua latera a c & b c dari per præcedentia demonstratur.

Si

VI.

Si in eadem ſphæra bina triangula rectum angulum ac inſuper alium ęqualem habuerint, alterũ alteri, unumq; latus vni lateri æquale, ſiue quod æqualib⁹ adiacet angulis, ſiue quod alterutro æqualium angulorum opponitur, reliqua quoq; latera, reliquis lateribus, æqualia alterum alteri, ac angulum angulo, reliquum reliquo æqualem habebunt. Sit hemiſpherium a b c, in quo ſuſcipiantur bina triangula a b d & c e f, quorum anguli a & c ſint recti, & præterea angulus a d b æqualis ipſi c e f, vnumq; latus uni lateri, & primum quod æqualibus ipſis adiacet angulis, hoc eſt, a d ipſi c e. Aio latus quoq; a b lateri c f, & b d ipſi e f, ac reliquum angulum a b d reliquo c f e, eſſe æqualia. Sumptis enim in b & f polis, deſcribantur maximorum circulorũ quadrantes g h i & i k l, compleanturq; a d i & c e i, quos ſeinuicem ſecare neceſſe eſt in polo hemiſpherij, qui ſit in i ſigno, eo quod anguli circa a & c ſunt recti, atq; quod g h i & c e i per polos ipſius a b c circuli ſunt deſcripti. Quoniam igitur a d & c e aſſumuntur latera æqualia, erunt igitur reliquæ d i & i e æquales circumferentiæ, & anguli i d h & i e k ſunt enim ad verticem poſiti aſſumptorum ęqualium, & qui circa h & k ſunt recti, & quæ vni ſunt eædem rationes inter ſe ſunt eædem, erit par ratio ſubtenſæ dupli i d, ad ſubtenſam dupli i k, cum ſit vtraq; per tertiũ præcedens, ſicut dimetientis ſphæræ ad ſubtendentem duplum angulum i d h, ſiue æqualem dupli, qui ſub i e k. Et per xiiij. quinti Elementorum Euclidis, cũ ſit ſubtendens duplam d i circumferentiam, ęqualis ei, quæ duplam i e ſubtendit, erunt quoque duplicibus ſubtenſæ i k & h i æquales, & quemadmodum in circulis ęqualib⁹ ęquales rectę lineę circũferentias auferunt ęquales, & partes eodem modo multiplicium in eadem ſunt ratione, erunt ipſæ ſimplices i h & i k circumferentiæ æquales, ac reliquæ quadrantium g h & k l, quibus conſtant anguli b & f æquales. Quapropter eadem quoq; ratio eſt ſubtenſæ duplicis a d ad ſubtenſam duplicis b d, atq; ſubtenſæ dupli c e ad ſubtenſam dupli b d, quæ ſubtenſæ duplicis e c ad ſubtenſam duplicis e f. Vtraq;



Vtraque enim est, ut subtendentis duplam h g siue æqualem ipsi k l ad subtensam duplicis b d h, hoc est dimetientis per iij. Theorema conuersim, & a d est æqualis ipsi c e. Ergo per xiiij. quinti elementorum Euclidis b d æqualis est ipsi e f per subtensas ipsis duplicibus rectas lineas. Eodem modo per b d & e f æquales, demonstrabimus reliqua latera & angulos æquales. Ac uicissim si a b & c f assumantur æqualia latera, eandem sequentur rationis identitatem.

VII.



Iam quoque si non fuerit angulus rectus, dummodo latus quod æqualibus adiacet angulis alterum alteri æquale fuerit, itidem demonstrabitur. Quemadmodum si binorum triangulorum a b d & c e f, duo anguli b & d utcunq; fuerint æquales duobus angulis e & f, alter alteri, latus quoq; b d, quod adiacet æqualibus angulis, lateri e f æquale. Dico rursus æquilatera & æquiangula esse ipsa triangula. Susceptis enim denuo polis in b & f, describantur maximorum circulorum circumferentiæ g h & k l. Et productæ a d & g h se secent in n, atque e c & l k similiter productę in m. Quoniam igitur bina triangula h d n & e k m angulos h d n & k e m habent æquales, qui sunt ad uerticem assumptis æqualibus, & qui circa h & k sunt recti per polos sectione, latera etiam d h & e k æqualia. AEquiangula sunt ergo ipsa triangula & æquilatera per præcedentem demonstrationem. Ac rursus quia g h & k l sunt æquales circumferentiæ propter angulos b & f positos æquales. Tota ergo g h n toti m k l æqualis per axioma additionis æqualium. Sunt igitur & hic bina triangula a g n & m c l habentia unum latus g n æquale uni m l, angulum quoque a n g æqualem c m l, atque g & l rectos. Erunt ob id ipsa quoque triangula æqualium laterum & angulorum. Cum igitur æqualia ab æqualibus sublata fuerint, relinquentur æqualia a d ipsi c e, a b ipsi c f, atque b a d angulus reliquo e c f angulo. Quod erat demonstrandum.

Adhuc

VIII.

Adhuc autem si bina triangula, duo latera duobus lateribus æqualia habuerint, alterum alteri, & angulum angulo æqualem, siue quem latera æqualia comprehendunt, siue qui ad basim fuerit, basim quoque basi, ac reliquos angulos reliquis habebunt æquales. Vt in præcedenti figura, sit latus a b æquale lateri c f, & a d ipsi c e. Ac primum angulus a, æqualibus cõprehensus lateribus angulo c. Dico basim quoq; b d, basi e f, & angulum b ipsi f, & reliquum b d a reliquo c e f esse æqualia. Habebimus enim bina triangula a g n & c l m, quorum anguli g & l sunt recti, atq; g a n æqualem ipsi m c l, q reliqui sunt æqualium, b a d & e c f. AEquiangula igitur sunt inuicem & æquilatera ipsa triangula. Quapropter ex æqualibus a d & c e relinquuntur etiam d n & m e æqualia. Sed iam patuit angulum qui sub d n h æqualem esse ei qui sub e m k, & qui circa h k sunt recti, erunt quoq; bina triangula d h n & e m k æqualium inuicem angulorum & laterum, é quibus etiam b d relinquetur æquale ipsi e f, & g h ipsi k l, quibus sunt b & f anguli æquales, ac reliqui a d b & f e c æquales. Quod si pro lateribus a d & e c assumantur bases b d & e f æquales, æqualibus angulis obiecti, residentibus cæteris eodem modo demonstrabuntur, quoniam per angulos g a n & m c l æquales exteriores, & g c rectos, atq; a g ipsi c l, habebimus itidem bina triangula a g n & m c l, quæ prius æqualium inuicem angulorum & laterum. Illa quoq; particularia d n h & m e k similiter propter h & k angulos rectos, & d n h, k m e æquales, atq; d h & e k latera æqualia, quę reliqua sunt quadrantium, é quibus eadem sequuntur, quæ diximus.



IX.

Isoscelium in Sphæra triangulorum, qui ad basim anguli, sunt sibi inuicem æquales. Esto triangulum a b c, cuius duo latera a b & a c sint æqualia. Ab a vertice descendat maximus orbis, qui secet basim ad angulos rectos, hoc est, per polos, fitq; a d. Cum igitur binorum triangulorum a b d & a d c latus b a est æquale lateri a c,



C &



& a d vtrique cõmune & anguli, qui circa d recti, patet per præcedentem demonstrationem, q anguli qui sub a b c & a c b sunt æquales, quod erat demonstrandum. Porisma, hinc sequitur, q quæ per verticem trianguli Isosceli circumferentia ad angulos rectos cadit in basim, basim simul & angulum æqualibus comprehensum lateribus, bifariam secabit, & è conuerso, quod constat per hanc præcedentem demonstrationem.

X.

Bina quælibet triangula in eadem Sphæra æqualia latera habentia alterum alteri, æquales etiam angulos habebunt alterum alteri sigillatim. Quoniam enim trina vtrobique maximorum circulorum segmenta, pyramides cõstituunt fastigia habentes in centro sphæræ, bases autem triangula, quæ sub rectis lineis circumferentias trangulorum connexorum subtendentibus plana continentur, suntq illæ pyramides similes & æquales, per definitionem æqualium similium solidarum figurarum. Ratio autem similitudinis est, ut angulos quocunq modo susceptos, habeant adinuicem æqualem alterum alterius, habebunt ergo angulos ipsa triangula æquales inuicem, & præsertim, qui generalius definiunt similitudinem figurarum, eas esse uolunt, quæcunq similes habent declinationes, ac in eisdem angulos sibi inuicem æquales. E quibus manifestum esse puto, quod in sphæra triangula, quæ inuicem æquilatera sunt, similia esse, ut in planis.

XI.

Omne triangulum, cuius duo latera fuerint data cum aliquo angulo, datorum efficitur angulorum & laterum. Nam si latera data fuerint æqualia, erunt qui ad basim anguli æquales, & deducta à vertice ad basim circumferentia ad angulos rectos, facile patebunt quæsita per porisma nonæ. Sin autem fuerint data latera inæqualia, ut in triangulo a b c, cuius angulus a sit datus, cum binis lateribus, quæ uel comprehendunt datum angulum, uel non

com-

comprehendunt. Sint ergo primum comprehendentes ipsum a b & a c data latera, & facto in c polo describatur circumferentia maximi circuli d e f, & compleantur quadrantes c a d & c b e, atq; a b productum secet d e in f signo. Ita quoq; in triangulo a d f datur a d latus reliquum quadrantis ex a c. Angulus etiam b a d ex c a b ad duos rectos. Nam eadem est ratio angulorum atq; dimensio, qui rectarum linearum ac planorum sectione contingunt, & d angulus est rectus. Igitur per quartam huius erit ipsum triangulum a d f datorum angulorum & laterum. Ac rursus trianguli b e f inuentus est angulus f, & e rectus per polum sectione, latus quoq; b f, quo tota a b f excedit a b. Erit ergo per idem Theorema & b e f triangulum datorum angulorum & laterum. Vnde ex b e datur b c reliquum quadrantis & latus quæsitum, & ex e f reliquum totius d e f, quod d e, & est angulus c, atq; per angulum qui sub e b f, is qui ad verticem a b c quæsitus. Quod si loco a b assumatur c b, quod dato opponitur angulo, idem eueniet. Dantur enim reliqua quadrantium a d & b e, atq; eodem argumento duo triangula a d f & b e f datorum angulorum & laterum, ut prius, è quibus triangulum a b c propositum datorum fit laterum & angulorum, quod intendebatur.

XII.

Adhuc autem si duo anguli vtcunque dati fuerint cum aliquo latere, eadem euenient. Manente enim præstructione figuræ prioris, sint trianguli a b c, duo anguli a c b & b a c dati cum latere a c, quod vtrique adiacet angulo. Porro si alter angulorum datorum rectus fuisset, poterant cætera omnia per quartum præcedens ratiocinando consequi. Hoc autem differre uolumus, quo minus sint recti. Erit igitur a d reliqua quadrantis ex a c d, & qui sub b a d angulus residuus ipsius b a c, è duobus rectis, atque d rectus. Igitur trianguli a f d per quartam huius dantur anguli cum lateribus.





Ac per c angulum datum, datur d e circumferentia, & reliqua e f atq; b e f rectus, & f angulus communis vtriq; triangulo. Dantur itidem per quartam huius b e & b f, quibus cætera constabunt latera a b & b c quæsita. Cæterum si alter angulorum datorum lateri dato oppositus fuerit, utputa, si a b c angulus detur, loco eius q; sub a c b remanentibus cæteris, constabit eadem demonstratione totum a d f triangulum datis angulis & lateribus, ac particulare b e f triangulum similiter, quoniam propter angulum f vtriq; communem, & e b f qui ad verticem est dato, & e rectum cuncta etiam latera eius dari in præcedentibus demonstratur, é quibus tandem sequuntur eadem quæ diximus. Sunt enim hæc omnia mutuo semper nexu colligata, atq; perpetuo, vti formam Globi decet.

XIII.

Trianguli demum datis omnibus lateribus dantur anguli. Sint trianguli a b c omnia latera data, aio omnes quoq; angulos inueniri. Aut enim triangulum ipsum latera habebit æqualia, vel minime. Sint ergo primum æqualia a b, a c. Manifestum est, quod etiam semisses subtendentium dupla ipsorum æquales erunt. Sint ipsæ b e, c e, quæ se inuicem secabunt in e signo, propter æqualem earum distantiam à centro sphæræ in sectione circulorum communi d e, quod patet per iiij. definitionem tertij Euclidis, & eius conuersionem. Sed per iij. eiusdem libri propositionem d e b angulus rectus est in a b d plano, & d e c similiter in plano a c d. Igitur angulus b e c est angulus inclinationis ipsorum planorum per iiij. definitionem vndecimi Euclidis, quem hoc modo inueniemus. Cum. n. subtensa fuerit recta linea b c, habebimus triangulum rectilineum b e c datorũ laterum p datas illorũ circumferentias, fiet etiam da-



torum angulorum, & angulum b e c habebimus quæsitũ, hoc est, b a c sphęricũ, & reliquos per præcedentia. Quod si scalenon fuerit triangulum, vt in secunda figura, manifestum est, quod rectarum sub ipsis duplis semisses linearum minime se tangent. Quoniam si a c circumferentia maior

fuerit

fuerit ipſi a b, ſub ipſa ac duplicata ſemiſsis, quæ ſit c f, cadet inferius. Sin minor ſuperior erit, prout accidit tales lineas propinquiores remotioresq; fieri à centro per xv. tertij Euclidis. Tuncautem ipſi b e parallelus agatur f g, quæ ſecet ipſam b d communem circulorum ſectionem in g ſigno, & connectatur c g. Manifeſtum eſt igitur, quod e f g angulus eſt rectus, nempe æqualis ipſi a e b, atq; e f c dimidia ſubtenſa exiſtente c f dupli ipſius a c etiam rectus. Erit igitur c f g angulus ſectionis ipſorum a b a c circulorum, quem idcirco etiam aſſequimur. Nam d f ad f g eſt, ſicut d e ad e b, ſimiles enim ſunt d f g & d e b trianguli. Ac in eadem ratione eſt etiam d g ad d b, dabitur etiam ipſa d g in partibus quibus eſt d c 1000000. Quinetiam qui ſub g d c angulus, datus eſt per b c circumferentiam. Ergo per ſecundam planorum datur g c latus in eiſdem partibus, quibus reliqua latera trianguli g f c plani, igitur per vltimam planorum habebimus g f c angulum, hoc eſt, b a c ſphæricum quæſitum, ac deinde reliquos per xi. ſphæricorum percipiemus.



XIIII.

Si data circumferentia circuli ſecetur vtcunq;, ut vtrumq; ſegmentorum ſit minus ſemicirculo, & ratio dimidiæ ſubtendentis vnius ſegmenti, ad dimidium ſubtendentis duplum alterius data fuerit, dabũtur etiam ipſorum ſegmentorum circumferentiæ. Detur enim circumferentia a b c, circa d centrum, quæ utcunq; ſecetur in b ſigno, ita tamen ut ſegmenta ſint ſemicirculo minora, fuerit autem ratio dimidiæ ſub duplo a b ad dimidiam ſub duplo b c aliquo modo in longitudine data, aio etiam a b & b c dari circumferentias. Subtendatur enim a c recta, quam ſecet dimetiens in e ſigno, à terminis autem a c perpendiculares cadant ad ipſum dimetientẽ, quæ ſint a f, c g, quas oportet eſſe ſemiſſes ſub duplis a b & b c. Triangulorũ igitur a e f & c e g rectangulorũ anguli, qui ad e verticem ſunt æquales, & ipſi propterea trianguli æquianguli ac ſimiles, habent latera proportionalia æquales angulos reſpicientia. Vt a f ad





c g, ſic a e ad e c. Quibus igitur numeris a f vel g c data fuerint, habebimus in iiſdem a e & e c, dabitur ex his tota a e c in eiſdem. Sed ipſa ſubtendens a b c circumferentiam datur in partibus, quibus quę ex centro d e b, quibus etiam ipſius a c dimidia a k, & reliqua e k. Coniungantur d a & d k, quæ etiam dabuntur in eiſdem partibus, quibus d b, tanquam ſemiſsis ſubtendentis reliquum ſegmentum ipſius a b c à ſemicirculo, comprehenſum ſub angulo d a k & angulus igitur a d k datur comprehendens, dimidiam a b c circumferentiam. Sed & trianguli duobus lateribus datis & angulo e k d recto, dabitur etiam e d k, hinc totus ſub e d a angulus comprehendens a b circumferentiam, qua etiam reliqua c b conſtabit, quorum expetebatur demonſtratio.

XV.

Trianguli datis omnibus angulis, etiam nullo recto, dantur omnia latera. Eſto triangulum a b c, cuius omnes anguli ſint dati, nullus autem eorum rectus. Aio omnia quoque latera eius dari. Ab aliquo enim angulorum ut a deſcendat per polos ipſius b c circumferentia a d, quæ ſecabit ipſum b c ad angulos rectos, ipſaq; a d cadet in triangulum, niſi alter angulorum b uel c ad baſim obtuſus eſſet, & alter acutus, quod ſi accideret, ab ipſo obtuſo deducendus eſſet ad baſim. Completis igitur quadrantibus b a f, c a g, d a e, factiſq; polis in b c, deſcribantur circumferentiæ e f, e g. Erunt igitur & circa f g anguli recti. Triangulorum igitur rectum angulum habentium erit ratio dimidiæ quæ ſub duplo a e, ad dimidiam ſub duplo e f, quæ dimidia diametri ſphæræ ad dimidiam ſubtendentis duplum anguli e a f. Similiter in triangulo a e g angulum rectum habente g, ſemiſsis quæ ſub duplo a e ad ſemiſſem, quæ ſub duplo e g, eandem habebit rationẽ, quam dimidia diametri ſphæræ ad dimidiam, quæ duplum anguli e a g ſubtendit. Per æquam igitur rationem dimidia ſub duplo e f ad dimidiam ſub duplo e g ratio-



nem

nem habebit, quam ſemiſsis ſub duplo angulo e a f ad ſemiſſem ſub duplo anguli e a g. Et quoniam & f e, e g circumferentiæ datę ſunt, ſunt enim reſidua, quibus anguli a & b differunt à rectis. Habebimus ergo ex his rationem angulorum e a f & e a g, hoc eſt, b a d ad c a d, qui illis ad verticem ſunt, datos. Totus autem b a c datus eſt. Per præcedens igitur Theorema etiam b a d & c a d anguli dabuntur.

Deinde per quintum, latera a b, b c, a c, c d, totumq; b c aſſequemur.



FINIS.

CANONSVBTEN

SARVM IN CIRCVLO RE-

ctarum linearum.

CANON SVB TENSARVM

	0		1		2		3		4		
1	2909	2909	177433	2608	351902	2907	526263	2905	700467		59
2	5818		180341		354809		529170		703369		58
3	8727		183250		357716		532077		706270		57
4	11636		186159		360623		534980		709172		56
5	14544		189066		363530		537884		712073		55
6	17453		191973		366437		540789		714975		54
7	20362		194883		369344		543694		717876	2901	53
8	23271		197792		372251		546598		720777		52
9	26180		200700		375158		549503	2904	723673		51
10	29088		203608		378064		552407		726579		50
11	31997		206517		380971		555312		729480		49
12	34906		209425		383878		558216		732381		48
13	37815		212333		386785		561120		735282		47
14	40724		215241		389692		564024		738183		46
15	43632		218149		392598		566928		741084		45
16	46541		221057		395505		569832		743985		44
17	49450		223965		398412		572736		746886		43
18	52359		226873		401318		575940		749787		42
19	55268		229781		404225		578544		752688	2900	41
20	58177		232689		407131		581448		755588		40
21	61086		235597		410038		584352		758489		39
22	63995		238505		412944		587256		761389		38
23	66904		241413		415851		590160		764290		37
24	69813		244321		418757		593064		767190		36
25	72721		247229		421663		595967		770090		35
26	75630		250137		424570		598871		772991		34
27	78539		253045		427476		601775		775891		33
28	81448		255953		430382		604678		778791		32
29	84357		258861		433288		607582		781691		31
30	87265		261769		436194		610485		784591		30
	89		88		87		86		85		

	0		1		2		3		4		
31	90174	2909	264677	2908	439100	2906	613389		787491		29
32	93083		267585		442006		616292		790391		28
33	95992		270493		444912		619196		793291		27
34	98901		273401		447818		622099	2903	796191		26
35	101809		276308		450724		625002		799090		25
36	104718		279216		453630		627905		801990		24
37	107627		282124		456536		630808		804889		23
38	110536		285032		459442		633711		807789		22
39	113445		287940		462348		636614		810688		21
40	116353		290847		465253		639517		813587		20
41	119262		293755		468159		642420		816486	2899	19
42	122171		296663		471065		645323		819385		18
43	125079		299570		473970		648226		822284		17
44	127988		302478		476876		651129		825183		16
45	130896		305385		479781		654031		828082		15
45	133805		308293		482687		656934		830981		14
47	136714		311200		485592		659837		833880		13
48	139622		314108		488498		662739		836778		12
49	142531		317015		491403		665642		839677		11
50	145439		319922		494308		668544		842575		10
51	148348		322830		497214		671447		845474		9
52	15 257		325737		500119		674349		848372		8
53	154165		328645		503024		677251	2902	851271		7
54	157074		331552		505929		680153		854169	2898	6
55	159982		334459		508834		683055		857067		5
56	162891		337367		511740		685957		859965		4
57	165799		340274		514645	2905	688859		862863		3
58	168708		343181		517550		691761		865761		2
59	171616		346088		520455		694663		868659		1
60	174529		348995		523360		697565		871557		0
	89		88		87		86		85		

CANON SVBTENSARVM

	5		6		7		8		9		
1	1874455		1048178		1221580	2887	1394612		1567215		59
2	1877553		1051071		1224467		1397492		1570091		58
3	1880250		1053964		1227354		1400373		1572964		57
4	1883148		1056857		1230231		1403253		1575837		56
5	1886045		1059749		1233128		1406133		1578705		55
6	1888943		1062642	2892	1236015		1409013		1581587	2872	54
7	1891840		1065534		1238901		1411893		1584453		53
8	1894737		1068426		1241788		1414772		1587325		52
9	1897634	2897	1071318		1244674	2886	1417652		1590197		51
10	1900531		1074210		1247560		1420531	2879	1593069		50
11	1903428		1077102		1250446		1423410		1595941		49
12	1906325		1079994		1253332		1426289		1598812		48
13	1909222		1082886		1256218		1429168		1601684	2871	47
14	1912119		1085778		1259104		1432047		1604555		46
15	1915016		1088669		1261990		1434926		1607426		45
16	1917913		1091561		1264876		1437805		1610297		44
17	1920809		1094452		1267791		1440684		1613168	2870	43
18	1923706	2896	1097344	2891	1270647		1443562		1616038		42
19	1926602		1100235		1273532	2885	1446441	2878	1618909		41
20	1929498		1103126		1276417		1449319		1621779		40
21	1932395		1106017		1279302		1452197		1624649		39
22	1935291		1108908		1282187		1455075		1627519		38
23	1938187		1111799		1285072		1457953		1630389		37
24	1941083		1114690	2890	1287957		1460831		1633259		36
25	1943979		1117580		1290841		1463708		1636129		35
26	1946875		1118471		1293726		1466586	2877	1638999		34
27	1949771		1123361		1296610	2884	1469463		1641868		33
28	1952667		1126252		1299494		1472340		1644738		32
29	1955563		1129142		1302378		1475217		1647607	2869	31
30	1958458		1132032		1305262		1478094		1650476		30
	84		83		82		81		80		

	5		6		7		8		9		
31	9 6 1 3 5 4	2895	1 1 3 4 9 2 2		1 3 0 8 1 4 6		1 4 8 0 9 7 1		1 6 5 3 3 4 5	2868	29
32	9 6 4 2 4 9		1 1 3 7 3 1 2		1 3 1 1 0 3 0		1 4 8 3 8 4 8		1 6 5 6 2 1 4		28
33	9 6 7 1 4 4		1 1 4 0 7 0 2		1 3 1 3 9 1 4		1 4 8 6 7 2 4		1 6 5 9 0 8 2		27
34	9 7 0 0 3 9		1 1 4 3 5 5 2		1 3 1 6 7 9 8		1 4 8 9 6 0 1	2876	1 6 6 1 9 5 1		26
35	9 7 2 9 3 4		1 1 4 6 4 8 2		1 3 1 9 6 8 1	2883	1 4 9 2 4 7 7		1 6 6 4 8 1 9		25
36	9 7 5 8 2 5		1 1 4 9 3 7 2		1 3 2 2 5 6 4		1 4 9 5 3 5 3		1 6 6 7 6 8 7		24
37	9 7 8 7 2 4		1 1 5 2 2 6 1		1 3 2 5 4 4 7		1 4 9 8 2 2 9		1 6 7 0 5 5 5		23
38	9 8 1 6 1 9		1 1 5 5 1 5 1		1 3 2 8 3 3 0		1 5 0 1 1 0 5		1 6 7 3 4 2 3		22
39	9 8 4 5 1 4		1 1 5 8 0 4 0		1 3 3 1 2 1 3		1 5 0 3 9 8 1		1 6 7 6 2 9 1		21
40	9 8 7 4 0 8		1 1 6 0 9 2 9	2889	1 3 3 4 0 9 6		1 5 0 6 8 5 7		1 6 7 9 1 5 9		20
41	9 9 0 3 0 3		1 1 6 3 8 1 8		1 3 3 6 9 7 9		1 5 0 9 7 3 3		1 6 8 2 0 2 7	2867	19
42	9 9 3 1 9 8		1 1 6 6 7 0 7		1 3 3 9 8 6 2		1 5 1 2 6 0 8		1 6 8 4 3 9 4		18
43	9 9 6 0 9 2		1 1 6 9 5 9 6		1 3 4 2 7 4 4		1 5 1 5 4 8 4	2875	1 6 8 7 7 6 1		17
44	9 9 8 9 8 7		1 1 7 2 4 8 5		1 3 4 5 6 2 7		1 5 1 8 3 5 9		1 6 9 0 6 2 8		16
45	1 0 0 1 8 8 1	2894	1 1 7 5 3 7 4		1 3 4 8 5 0 9		1 5 2 1 2 3 4		1 6 9 3 4 9 5		15
46	1 0 0 4 7 7 5		1 1 7 8 2 6 3		1 3 5 1 3 9 2	2882	1 5 2 4 1 0 9		1 6 9 6 3 6 2		14
47	1 0 0 7 6 6 9		1 1 8 1 1 5 1		1 3 5 4 2 7 4		1 5 2 6 9 8 4		1 6 9 9 2 2 9		13
48	1 0 1 0 5 6 3		1 1 8 4 0 4 0		1 3 5 7 1 5 6		1 5 2 9 8 5 6		1 7 0 2 0 9 5		12
49	1 0 1 3 4 5 7		1 1 8 6 9 2 8	2888	1 3 6 0 0 3 8		1 5 3 2 7 3 4	2874	1 7 0 4 9 6 2		11
50	1 0 1 6 3 5 1		1 1 8 9 8 1 6		1 3 6 2 9 2 0	2881	1 5 3 5 6 0 8		1 7 0 7 8 2 8	2866	10
51	1 0 1 9 2 4 5		1 1 9 2 7 0 4		1 3 6 5 8 0 2		1 5 3 8 4 8 2		1 7 1 0 6 9 4		9
52	1 0 2 2 1 3 9		1 1 9 5 5 9 2		1 3 6 8 6 8 3		1 5 4 1 3 5 6		1 7 1 3 5 6 0		8
53	1 0 2 5 0 3 2		1 1 9 8 4 8 0		1 3 7 1 5 6 4		1 5 4 4 2 3 0		1 7 1 6 4 2 6		7
54	1 0 2 7 9 2 6		1 2 0 1 3 6 8		1 3 7 4 4 6		1 5 4 7 1 0 4		1 7 1 9 2 9 2		6
55	1 0 3 0 8 1 9		1 2 0 4 2 5 5		1 3 7 7 3 2 7		1 5 4 9 9 7 8		1 7 2 2 1 5 7	2865	5
56	1 0 3 3 7 1 3	2893	1 2 0 7 1 4 3		1 3 8 0 2 0 8		1 5 5 2 8 5 2		1 7 2 5 0 2 2		4
57	1 0 3 6 6 0 6		1 2 1 0 0 3 1		1 3 8 3 0 8 9		1 5 5 7 2 5		1 7 2 7 8 8 7		3
58	1 0 3 9 4 9 9		1 2 1 2 9 1 8		1 3 8 5 9 7 0	2880	1 5 5 8 5 9 9	2873	1 7 3 0 7 5 2		2
59	1 0 4 2 3 9 2		1 2 1 5 8 0 6		1 3 8 8 5 5 1		1 5 6 1 4 7 2		1 7 3 3 6 1 7		1
60	1 0 4 5 2 8 5		1 2 1 8 6 9 3		1 3 9 1 7 3 1		1 5 6 4 3 4 5		1 7 3 6 4 8 2		0
	84		83		82		81		80		

CANON SVBTENSARVM

	10		11		12		13		14		
1	1739347	2864	1910945	2855	2081962		2252345		2422041	2822	59
2	1742211		1913800		2084907		2255179		2424863		58
3	1745075		1916655		2087652		2258013		2427685		57
4	1747939		1919510		2090497		2260847	2833	2430507	2821	56
5	1750303		1922365		2093342	2844	2263680		2433329		55
6	1753667		1925220	2854	2096185		2266512		2436150		54
7	1756531	2863	1928074		2099030		2269346		2438971		53
8	1759394		2930928		2101874		2272179		2441792		52
9	1762258		1933782		2104718		2275012	2832	2444613		51
10	1765121		1936636	2853	2107562	2843	2277844		2447434	2820	50
11	1767984		1939490		2110405		2280676		2450254		49
12	1770847		1942344		2113248		2283508		2453074		48
13	1773710		1945197		2116091		2286340		2455894		47
14	1776573		1948050		2118934		2289163	2831	2458714		46
15	1779437		1950903		2121777		2292004		2461533	2819	45
16	1782298	2862	1953756		2124620		2294835		2464352		44
17	1785160		1956609	2852	2127462	2842	2297666		2467171		43
18	1788022		1959462		2130304		2300497		2469990		42
19	1790884		1962314		2133146		2303328		2472809		41
20	1793746		1965166		2135988		2306159	2830	2475628	2818	40
21	1796608		1968018		2138830	2841	2308989		2478446		39
22	1799469		1970870		2141671		2311819		2481264		38
23	1802331	2861	1973722	2851	2144512		2314649		2484082		37
24	1805192		1976574		2147353		2317479		2486900	2817	36
25	1808053		1979425		2150194		2320309		2489717		35
26	1810914	2860	1982276		2153035		2323138	2829	2492534		34
27	1813774		1985127		2155876	2840	2325967		2493551		33
28	1816634		1987978	2850	2158716		2328799		2498168		32
29	1819495		1990829		2161556		2331625		2500984	2816	31
30	1822355		1993679		2164396		2334454	2828	2503800		30
	79		78		77		76		75		

	10		11		12		13		14		
31	1825215		1996530		2167236		2337282		2506616		29
32	1828075		1959380		2170076		2340110		2509432		28
33	1830935		2002230		2172916	2839	2342938		2512248		27
34	1833795		2005080		2175755		2345766		2515064	2815	26
35	1836684	2859	2007930		2178594		2348594	2827	2517879		25
36	1839513		2010780		2181433		2351421		2520694		24
37	1842372		2013629	2849	2184272		2354248		2523509		23
38	1845231		2016478		2187111	2838	2357075		2526324	2814	22
39	1848090		2019327		2189949		2359902		2529138		21
40	1850949		2022176		2192787		2362729		2531952		20
41	1853808	2858	2025025		2195625	2837	2365555	2826	2544766		19
42	1856666		2027874		2198463		2368381		2547580		18
43	1859524		2030722	2848	2201300		2371207		2540393	2813	17
44	1862382		2033570		2204137		2374033		2543206		16
45	1865240		2036418		2206974		2376859	2825	2546019		15
46	1868098		2039266		2209811		2379684		2548832		14
47	1870956	2857	2042114		2212648		2382589		2551645		13
48	1873811		2044962	2847	2215485		2385334		2554458	2812	12
49	1876670		2047809		2218322	2836	2389159		2557270		11
50	1879527		2050656		2221158		2390983		2560082		10
51	1882384		2053503		2223994		2393808	2824	2562894		9
52	1885241		2056350		2226830		2396632		2565706	2811	8
53	1888098	2856	2059197	2846	2229666		2399456		2568517		9
54	1890954		2062043		2232502	2835	2402285		2571328		7
55	1893810		2064889		2235337		2405104		2574139		6
56	1896666		2067735		2238172		2407927	2823	2576950	2810	5
57	1899522		2070581		2241007		2410750		2579760		4
58	1902378		2073427		2243842		2413573		2582570		3
59	1905234		2076272	2845	2246677	2834	2416396		2585380		2
60	1908090		2079117		2249511		2419219		2588190		1
											0
	79		78		77		76		75		

CANON SVBTENSARVM

	15		16		17		18		19		
1	25910000	2309	27591659		29264991	1	30929366	6	32584321		59
2	25938092		27619639		29292801		30955702		32611821		58
3	25966192		27647619	5	29320611		30984683		32639311		57
4	25994277		27675556		29348421		31012344	5	32666811		56
5	26022366		27703511		29376231	2780	31039994		32694301	2749	55
6	26050456	8	27731466		29404031		31067644		32721791		54
7	26078539		27759411	4	29431831		31095291		32749271		53
8	26106619		27787351		29459631		31122941	4	32776751	8	52
9	26134699		27815291		29487431		31150581		32804231		51
10	26162779	7	27843231		29515231		31178221		32831711	7	50
11	26190849		27871171	3	29543021	2779	31205861	3	32858981		49
12	26218919		27899111		29570811		31233491		32886651		48
13	26246989		27927041		29598601		31261121		32914121		47
14	26275051		27954971		29626381	8	31288751		32941591		46
15	26303112	6	27982901		29654161		31316381	2	32969061	6	45
16	26331181		28010821	2	29681941		31344001		32996521		44
17	26359241		28038741		29709721		31371621		33023981		43
18	26387301		28066661		29737501	7	31399241		33051441	5	42
19	26415361		28094581		29765271		31426861		33078891		41
20	26443421	5	28122501	1	29793051	6	31454481	1	33106341		40
21	26471471		28150411		29820811		31482091		33133791	4	39
22	26499521		28178321		29848571		31509701		33161231		38
23	26527571		28206231		29876331		31537311	2860	33188671		37
24	26555621	4	28234141	2790	29904091		31564911		33216111		36
25	26583661		28262041		29931851	5	31592511		33243551	3	35
26	26611701		28289941		29959601		31620111	2759	33270981		34
27	26639741	3	28317841		29987351		31647701		33298411		33
28	26667771		28345741		30015101	4	31675291		33325851	2	32
29	26695801		28373641	2789	30042841		31702881		33353271		31
30	26723831		28401531		30070581		31730471	8	33380691		30
	74		73		72		71		70		

	15		16		17		18		19		
											30
31	26751836		28429422		30098332		31758056		33408111		29
32	26779891		28457731		30126066		31785613		33435533	1	28
33	26807921		28485200	8	30153810	3	31813211		33462946		27
34	26835951	2	28513088		30181553		31840791	7	33490351	2740	26
35	26863971		28540961		30209266		31868371		33517756		25
36	26891991		28568834		30236999		31895941		33545156		24
37	26920001	1	28596721		30264721	2	31923511	6	33572566		23
38	26948021		28624599	7	30292443		31951081		33599956	2739	22
39	26976031		28652466		30320166		31978641		33627366		21
40	27004041		28680333		30347888	1	32006201	5	33654756		20
41	27032051	2800	28708199	6	30375599		32033751		33682143		19
42	27060051		28736905		30403310		32061301		33709543		18
43	27088031		28763991		30431031		32088851		33736931	8	17
44	27116031		28791771		30458721	2770	32116401		33764291		16
4	27144051	2799	28819631	5	30486431		32143951		33791671		15
45	27172041		28847481		30514131		32171501	4	33819051	7	14
47	27200031		28875331		30541831		32199041		33846421		13
48	27228021		28903181		30569531		32226581		33873791		12
49	27256011		28931031		30597231		32254121		33399116	6	11
50	27284001	8	28958881	4	30624921	2769	32281651		33928521		10
51	27311981		28986721		30652611		32309181		33955881		9
52	27339961		29014561		30680301		32336711	2	33983241		8
53	27367941		29042401	3	30707981	8	32364231		34010601	5	7
54	27395921	7	29070231		30735661		32391751		34037951		6
55	27423891		29098061		30763341		32419271	1	34065301		5
56	27451861		29125891	2	30791021	7	32446791		34092651	4	4
57	27479831		29153711		30818691		32474301		34119991		3
58	27507801		29181531		30846361		32501811		34347331		2
59	27535771		29209351		30874031		32529321	2750	34174671		1
60	27563731	6	29237171		30901701		32556821		34202011		0
	74		73		72		71		70		

CANON SVBTENSARVM

	20		21		22		23		24		
1	3422914	2733	3586395	5	3748763	6	3909989	7	4070023	7	59
2	3425667		3589110		3751460		3912666		4072680		58
3	3428400		3591825		3754156		3915343		4075337	6	57
4	3431133		3594540	4	3756852		3918020		4077993		56
5	3433865	2	3597254		3759548		3920696	6	4080649		55
6	3436597		3599968		3762243	5	3923372		4083305	5	54
7	3439329	1	3602682		3764938		3926048	5	4085960		53
8	3442060		3605395	3	3767633	4	3928723		4088615		52
9	3444791		3608108		3770327		3931398	4	4091269	4	51
10	3447522		3610821	2	3773021		3934072		4093923		50
11	3450253	2730	3613533		3775715	3	3936746		4096577		49
12	3452983		3616245		3778408		3939420	3	4099231	3	48
13	3455713		3618957		3781101		3942093		4101884		47
14	3458442	2729	3621669	1	3783794	2	3944766		4104537	2	46
15	3461171		3624380		3786486		3947439		4107189		45
16	3463900		3627091		3789178		3950112	2	4109841		44
17	3466629	8	3629802	2710	3791870		3952784		4112493	1	43
18	3469357		3632512		3794562	1	3955456		4115144		42
19	3472085		3635222		3797253		3958128	1	4117795		41
20	3474813	7	3637932		3799944		3960799		4120446	2650	40
21	3477540		3640642	2709	3802635	2690	3963470	2680	4123096		39
22	3480267		3643351		3805345		3966140		4125746		38
23	3482994		3646060		3808015	2689	3968810		4128395		37
